

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xlvi [i.e. iii]. Species impressæ sunt intellectui necessariæ; nisi ipsum fortè
objectum sit intellectui intemè præsens. maximèque proportionatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

tiva, ita tamen, ut eorum termini, non nisi secundum rationem specificam repræsententur. Huic opponitur actus non comprehensivus, cui aliquid ex jam dictis deest.

III. Species impressæ intelligibiles necessariæ sunt intellectui, tam ad operationes, quibus objecta primò cognoscit, quam quibus cognitorum recordatur, (nisi fortè objecta sint intimè intellectui præsentia, & ad eundem per se ipsa movendum maximè proportionata, qualis Deus est respectu intellectus Beatorum) etiam præsente phantasma. Intellectus enim, qui de se proximè impotens est, & indifferens ad cognoscendū hoc, vel illud, vel nihil, quemquæ objecta, præfertim materialia & absentia, per se ipsa movere non possunt, nequæ etiam illi conjungi per aliquod materiale sui vicarium, nequæ per ipsam speciem expressam phantasticam, utpote etiam materiale, adeoque adhuc improportionatam, debet determinari ultimò, & proximè moveri ad cognitionem spiritualem, & constitui illi objectum proximè intelligibile per aliquod spirituale, quod objecto det veluti esse aliquod spirituale, sive spiritualizet illud sicut

(sicut nec voluntas, utpote spiritualis, moveri potest à sensatione) sed talis est species impressa, quam intellectus concurrens secum phantasmate fabricat, sive quam abstrahere dicitur à materialitate objectorum & phantasmatum, ergo. Neque dicas: eo ipso, quod cognitio sit in intellectu, voluntas elicit suos actus absqùe ulla alia specie, ergo eo ipso, quod phantasma sit in phantasia, intellectus sine alia specie producit speciem expressam seu cognitionem; intellectio enim, cum sit objecti representatione, exigit objectum tanquam co-principium per se vel per quid aliud proportionatum potentiae cognoscitivae conjungi ad se efficiendam, qualiter volitio, cum sit solùm prosecutio vel fuga objecti, non exigit illud ita conjungi potentiae volitivae ad se efficiendam.

IV. Species impressæ non rememorativæ producuntur ab intellectu; exigunt enim, utpote spirituales, principium spirituale, quale hic non est aliud, quam intellectus: recurrere autem ad Deum, ubi adest causa secunda, non est conveniens. Verum quidem est, non potentiam, sed objectum producere species,

¶ 5

sed